Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ta portio signiferi pars appellatur. quia xxiiii. hore idem totus
dies quibus sol illa signiferi partem lustrat. et spacium illud quo illa
pars signiferi de loco in loco mouetur partes appellantur. Sed sicut
uariatur mensura horarum pro longitudine dierum. ita etiam momentorum
aliquando enim hora equinoctialis est. aliquando maior uel minor unde efficitur
ut cuiuscumque longitudinis hora fuerit. xl. pars illius momentum
appelletur. Nullumque aliud. i. non sic certa errantia deficiunt. sicut
luna deficit. Ita enim sol eclypsin patitur. ut non deficiet eius splendor
eius splendor: sed ut interiectu terre luna non appareat. Stelle quoque er-
rantes non defectum luminis habent. sed alie ab aliis celantur. Deficere
dicuntur. quos defectus philosophi occultationes syderum appellant.
Luna uero ita eclypsin patitur. ut penitus lumine priuetur. Latitudi-
nem signiferi. xii. partes habet. i. quam sol. xii. diebus pergit. Nichil
enim aliud partes intelligimus. quam cottidianos in celo solis progres-
sus. Sed quia duabus mediis sol fertur. quia ideo in eas tantum umbra diri-
gitur. luna autem per totam latitudinem uagatur. propterea hinc aut inde
euadere umbram potest. ne eclypsin faciat. Diuersam absidarum altitu-
dinem. absides greco uocabulo circuli planetarum uocantur. Sed quia lune
circulus uariatur. nec enim propinquo celo. nec contigua montibus cum
in regionem umbre uenit. eclypsin facit. Cum autem in ethera
scandit ultra umbram euadit. Et ideo defectum non patitur. quia a sole illus-
tratur. Sic et certa que uerbo non solum quicquid diuiditur in. xii. ita par-
titur et appellatur. sed et quicquid in alias quaslibet minores maiores ue
partes uerbi gratia. xxiiii. quicquid partiri uis. ipsa. xx. iiii. pars
scripulus appellatur. xii. scripuli semis. Octo scripuli triens
xvi. bisse. vi. scripuli quadrans. xviii. dodrans. Quatuor
scripuli sextans. xx. scripuli. dextans. Si uis partiri horam
in xl. uel diem uel aliquid huiusmodi ipsa pars. xl. momentum nomen accepit.
Semis. xx. x. momenta quadrans. xxx. dodrans appellantur. Quicquid in
x. partiri uis. x. eius partes simul decuncis nomen accipiunt. Si-
militer eius decima pars decunx appellatur. Nouem uero dodrans. Oc-
to bisse. Similiter quicquid in viiii. partiri uis omnes partes simul no-
men dodrantis tenent. ablata non a parte octo remanente bisse
uocantur. Quicquid in viii. partiri uis. omnes simul bisse uocantur.
Tolle unum. vii. remanentia. septunx appellantur. Itaque ex
consuetudine uenit. ut. viii. hore. uel. viii. dies. uel. viii. pun-

Sic certa